

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Prot. n. 7794/76 CG

N

Nullitatis matrimonii

(X – Y)

Incidentis: De interventu tertii in causa

DECRETUM

Viso decreto a Sacra Romana Rota die 15 ianuarii 1976, in causa de qua supra, lato, quo reiectus est interventus tertii in causa, seu D.nae X;

Mature perpenso recurso diei 22 aprilis 1976, quo eadem Domina querelam nullitatis proposuit adversus praedictum decretum, autumans sibi denegatum esse ius defensionis ob neglectam petitionem de gratuito patrocinio;

Auditis partibus (sc, patrono partis conventae, qui scriptas animadversiones exhibuit, et parte actrice, quae sese remisit iustitiae Tribunalis) necnon patrono recurrentis ex officio nominato;

Considerato voto Promotoris Iustitiae deputati;

Attenta natura decreti S. Romanae Rotae diei 15 ianuarii 1976, quo reiectus est libellus a D.na X propositus;

Cum necesse non appareat advocatum ex officio tribuere petenti, antequam libellus acceptetur, et ideo adhuc non constet haud agi de causa futili vel temeraria;

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

in Congressu habito die 20 decembris 1977, coram infrascripto Cardinali Praefecto

decrevit:

Recursum reiciendum esse, in casu.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 21 decembris 1977.

IURISPRUDENTIA: PROT. N. 7794/76 CG

Pericles Card. FELICI, *Praefectus*

+ Aurelius SABATTANI, *Secretarius*